UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Primipilo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX IX.

PRobatorias. Memoriales ⁊ agentes in reb. ⁊ apparitores prefe-
cti pretorio Orientis. non ſortiuntur premium militie,
niſi ſecundum conſuetudinem ſint eorum electiones manu Prin
cipis approbate, not. per literarum exempla, ⁊ debent dicti offi-
1 ciales eſſe fideles. Chriſtiani. h. d. ¶ † Not. ex gl. in verbo authen.
quod ſi ſtatutum dicit quod inſtrumentum confeſſionatum per
manum publici notarij de contractu rogati plenam fidem faciat
⁊ executioni mandetur, ꝙ inſtrumentum exemplatum etiam au-
thoritate iudicis non faciat fidem, nec mandabitur executioni,
quia non eſt ſcriptum de manu notarij rogati de contractu, ⁊ ſic
ſtatutum ad id ſe non extendit, ſecus autem ſi illa verba, manu
notarij, ⁊c. non eſſent in ſtatuto, qr tunc illud exemplum authori
tate iudicis authenticatum faceret fidem, ⁊ executioni mandare
tur, vt l. chirographis. ff. de adm. tut. Dixi in auth. vt ſpon. lar-
gi. §. ſi quis in aliquo, ⁊ in auth. Si quis in aliquo. C. de eden.

ADDITIO.

¶ Vide ſecundum do. Car. in c. j. de vita ⁊ hone. cle. ⁊ tex. de peni.
diſt. j. c. periculoſe. ⁊ quod dixit Bal. in c. j. §. furtum. de pace iur.
fir. ⁊ Jo. And. in c. ſicut dignū de homi. ⁊ Dominicus in c. ſi qs
viduam. l. diſ. in ea. in fi. Adde Angel. in auth. vt frat. filij. §. j. in
fi. Not. iſtam l. probatorias, ibi manu principis, quia per eam pa
tet ꝙ vbi debet fieri aliquid per manus alicuius, non poteſt tale
quid fieri per alium. quod no. propter id quod hic dicit Bar. ad
de. l. ſingulos. ff. de teſt. per glo. ibi, proprio chirographo, ⁊ quod
dicit do. Car. in Cle. j. de iureiur. per illum text. in verbo, per ma-
nus noſtras. vbi dicit, quod quoties in ſtatuto vel reſcripto dici
tur aliquid debere fieri per manus noſtras, non poteſt fieri per
ſubſtitutum. Alleg. gloſſ. ſingularem in Cle. j. de vita ⁊ hone. cle. ⁊
Joan. And. in c. ſicut dignū de homi. vbi dicitur, ſi occiderit ſuis
manibus, quod non habet locum ſi per alium occiderit. De quo
Dominicus in c. ſi quis viduam. l. diſt. quod dictum fuit origina
liter Jac. de Bel. vt refert Bald. in c. j. §. furtum. de pace iur. fir-
man. Facit de peni. diſt. j. c. periculoſe. Adde cle. ſicuti. de arb. ⁊
tex. in l. ſepe. de offi. preſi. ⁊ in l. nulli ibi pro ſua cōſcientia de epi.
⁊ cle. vbi Bald. vide que ſcripſi poſt Bar. in l. pe. de prin. agen. in
reb. li. xij. Adde tex. ⁊ ibi Abb. in c. licet ex quadam. de teſti. ibi,
proprio iuramento. ⁊ Roma. in litera, r. notabili. l.

LEX X.

HAc ſanctione. Approbatio facta per principem militis milita
re volentis, habens ſubſcriptionem principis ⁊ admini-
ſtrantium, ſub quibus ipſe debet militare ipſi traditur, exemplū
vero eorundem iudicio ſubſcriptionem habens apud officium di
mittitur. Item iſtis approbatorijs egent tantum illi, de quibus
ſit mentio in l. proxima, ⁊ egentes, ſi alio modo militant, puniun-
tur. hoc dicit cum l. ſeq.

De executoribus & exactoribus. Rub. LXI.

LEX I.

NE per diuerſas. Ne apparitores vel palatini exactores,
per prouinciam vagando inferant prouincialibus
moleſtiam, periculum geſtorum per eos pertinet ad
1 eos quorum ſunt apparitores, vel exactores. hoc dicit. † No. hāc
l. contra capitaneum ⁊ poteſtatem Peruſij, quod ſi eorum offi-
ciales, quos per comitatum Peruſij mittunt, aliquod illicitum
faciant, puta furtum, baratariam, vel concuſſionem tenentur
a ipſi de omnibus geſtis ⁊ factis per eos.[a]

ADDITIO.

a ¶ Per eos. Adde Salic. in l. q̃. in fi. C. de his qui a latro. ¶ Ad
de Bart. in l. j. §. familie. ff. de publi. ⁊ in l. ſi poſt. depoſitam. §. de
aſſeſ. dixi poſt Panor. in c. j. nu. viij. in apo. ver. officialium. extra
de reſti. ſpol. Eſt tamen debilis cautela ne teneantur quam po-
nit iſte in l. iure ciuili. ff. de condi. ⁊ demon. Bal. melius in l. obſer-
uare. §. proficiſci. poſt prin. ver. quid ſi ſtatutum. ff. de offi. procō.
⁊ leg. refert, ⁊ ſequitur Tho. Ferrarius in ſuo tract. cautela. cau.
plix. inci. poteſtates terrarum.

LEX II.

QVicunque. Deputatus ad officium, ſe non intromittit de officio ſui colle-
ge. hoc dicit. Not. hanc l. ad id quod dixi C. de mune. l. in
prouincijs.

LEX III.

SIue. Exactor intra annum debet oſtendere quid
exegit, ⁊ ſi non exegit, cauſam denotare, aliter
punitur. hoc dicit.

LEX V.

COntra. Facienti exactionem vltra modum po-
teſt licite reſiſti, ⁊ ſi probatur crimino-
1 ſus, poteſt puniri. hoc dicit. † Not. officiali facienti vltra
a modum poſſe reſiſti propria authoritate.[a] concor. C. de iur. fiſ. l.
2 defenſionis facultas. ¶ † Vltimo not. hanc legem contra baiu-
los qui ſunt deputati ad pignorandum aliquem. Nam ſi acci-
piant pignora vltra modum debitum, licite poteſt eis reſiſti, ⁊ de
bent etiam puniri, quod no.

ADDITIO.

a ¶ Propria authoritate. adde Ludo. Pon. in l. j. ff. de re iud. ⁊
Flo. in l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad l. Aqui. ⁊ dom.
Alexan. de Jmol. in l. ſed. eximendi. §. item ſi quis eum. ⁊ Pau. de
Caſtr. in conſi. cxcij. vide tamen Pau. de caſt. ⁊ bar. aliter loquen
tes in l. vt vim. de iuſt. ⁊ iur. ⁊ Card. in cle. ij. §. ceterum. de reg. iur.
quod poteſt reſiſti. quando grauamen eſt irreparabile alias non,
⁊ ſequitur Dy. in regula. quod quis. in vj.

LEX VI.

SAncimus. Exactor prefecti ptorio anteqͣ exactionem publicarum pecunia
rum inceptam compleat, aliam incipere non pōt. Si tamē
fuerit neceſſitas, duas exactiones in eadem prouincia ſimul faciē
das ſuſcipere poteſt. ſed non tres, pena contra facientibus immi
1 nente. h. d. † No. quem ex neceſſitate poſſe ſuſcipere duo officia, ſi-
mul ⁊ ſemel, ſed non tria.

De lucris aduocatorum & concuſſione officiorum ſiue
apparitorum. Rub. LXII.

LEX I.

SI quis. Cognoſcens ſe leſum a ducenarijs, cente
narijs, vel aduocatis pandat iniuriā, vt
dicti officiales conuicti puniantur.

De primipilo. Rubr. LXIII.

LEX IIII.

CVm ex ſola. Solus ex cauſa primipili filius
non exiſtens heres patris pōt
conueniri pro patre, in alijs vero ſecus. h. d.

ADDITIO.

¶ Not. quod commoda officij debentur poſt adminiſtrationem.
ꝙ facit ad no. per Bar. in l. j. §. diuus. verſ. quid ſi ſit per electum.
de var. ⁊ extraor. cog. ⁊ ibi dixi poſt Bar. Alex.

Publicæ letitiæ vel conſulum nuntiatores vel inſinua-
tores conſtitutionum. Rub. LXIIII.

LEX VNICA.

QVicquid noſtrorum. Portans
triumphalia noua Principis ſuū ſalarium debet
conſequi, nō autem ab alijs quib. portat aliquid
vltra percipiet pena contra facientibus imminē-
te, ⁊ etiam officiales, qui predicta diſſimulant pu-
1 niuntur. h. d. † Nota iſtam legem contra officiales, qui maleficia
diſſimulatione non puniunt, nam ſunt acriter puniendi, vt hic, ⁊
C. de deſer. l. j. Ad preſens hic non habetis alia.

FINIS.